



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

99. An subditi incurrant excommunicationem latam per Statutum in
Diœcesi, si contra illud agant extra Diœcesim, vel intra Diœcesim in loco
censura lata est per sententiam. Et quid est dicendum, si ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

10. Ad secundum Argumentum patet responsio ex dictis, ubi satis firmatum est citationem in vero jurisdictionis exercitio versari, & esse actum judicalem ut præter DD. citatos docet etiam Correa de *immunitat. Eccles.* 2. part. 2. n. 27. unde licet Episcopus ea quæ sunt jurisdictionis voluntaria, possit extra suum territorium exercere, ut docet Gratianus, in *discept. forens.* tom. 2. cap. 127. n. 1. tamen fallit hæc doctrina in casibus, in quibus ad voluntariam exercendam jurisdictionem necesse est alterius citatio, ut ex Alexand. *conf.* 67. num. 8. volum. 1. & Petra de *potestat. Principis*, cap. 3. num. 39. & 40. & tradunt Giurba, *conf.* 52. n. 27. Unde doctrina adducta in argumento ex Gratiano non potest applicari in casu nostro, nam idem Gratianus, *ibidem* n. 10. & 12. docet citationem dari non posse in aliena Diocesi, sine illius Episcopi licentia, unde non est admittenda sententia Layman, & aliorum.

11. Ad tertium respondeo cum Barbosa, in *l. hæres abfens*, §. 1. ff. de *iudic. num.* 9. & aliis, quod authoritate iudicis contractus videtur facta citatio, quando mediantibus literis deprecatoriis ea fit per illum iudicem, in cuius territorium citandus degit, quoniam videtur iussu requirentis facta prædicta citatio; ex *l. a Divo Pio*, §. 1. ff. de *re iudicata*, unde textus ille in *dist. cap. Romana*, non pugnat cum nostra doctrina. Adde quod dictus textus loquitur, quando citatio efficitur ratione contractus, tunc enim potest fieri de vno Episcopatu ad alterum: fecus est de citatione ratione personæ, quoniam citatio, quæ fit ratione contractus, non afficit immediatè personam, sed rem, scilicet ejus bona: at verò citatio ratione delicti immediatè afficit personam. Ita Avila de *conf.* part. 2. cap. 3. *disp.* 1. dub. 2. *concl.* 4. Sed mihi magis placet responsio Barbosa, quam sequitur novissimè Carnevali, de *iudicis lib.* 1. tit. 1. *disp.* 2. §. 1. n. 30.

12. Notandum est tamen quod supradicta sententia à nobis tam rationibus, quam Doctorum auctoritate fulta, nempe iudicem & Episcopum non posse citare suum subditum in alieno territorio existentem, limitatur à DD. variis modis, & præter alios primò limitatur, nisi adfit privilegium in contrarium. Vide Tassonum in *pragm. de Antiquo* 2. r. 3. *observ.* 4. n. 209. Novarium, de *gravaminibus vasallorum*, tom. 1. *gravam.* 285. n. 14. Abbatem in *c. cum contingat de foro compet.* n. 3. Cochier, de *iurisdict. part.* 4. §. 109. num. 12. & alios. Secundò limitatur, nisi quis per consuetudinem in alieno territorio possit subditos suos citare, & in eos jurisdictionem exercere: nam si alterius jurisdictioni præscribitur, multo magis, ut propriam quis in alieno territorio exercere, consuetudine, præscriptioneque acquirere potest. Ita Vgolinus, de *conf.* 27. *sub.* 1. §. 1. n. 5. Surdus, *conf.* 465. n. 6. Gratianus, in *discept. tom.* 2. c. 127. num. 12. & alij. Et tandem tertio limitatur quoad Abbates, Guardianos, Præpositos, Priores, Provinciales & Generales Regularium: hi enim circa suos subditos possunt exercere jurisdictionem in quocumque territorio sint, quia Prælati Regularium habent immediatè jurisdictionem in personas Religiosorum, ideoque etiam Episcopi jurisdictioni finitur certis locorum limitibus; illorum autem jurisdictioni nullis finitur locis; certis personis, quæ ubicumque sint, eodem modo iis subiectæ sunt, & eodem modo ab iis coerceri possunt. Cum igitur Prælati Regulares nullum habent territorium, ac proinde vñs jurisdictionis quam habent non est alligatus certo territorio, sequitur quod ea possunt vti in alieno, ex *l. cui jurisdictio*, ff. de *iurisdict. omn. iud.* vt etiam de iudice arbitro habetur in *l. si cum dies*, ff. de *arbitris*, §. *arbitr.* Igitur Prælati Regulares respectu suorum subditorum Regularium censentur habere totum mundum pro territorio. Unde Petrus Corne-

jo, *ubi supra*, docet posse Prælatum Regularem capere subditum suum, etiam non impetrato brachio iudicis secularis, vel Episcopi. Vide etiam docentem hæc omnia Villalobos, in *summa*, tom. 1. tr. 1. 6. *diffic.* 16. n. 6. Sayrum, de *conf.* lib. 1. c. 14. n. 6. Goninch de *Sacr. disp.* 1. 3. dub. 7. n. 64. Gord. in *summa*, tom. 1. lib. 7. c. 3. §. 2. §. 3. n. 32. & 38. Præpositum in 3. part. D. Thom. §. 1. de *censuris in communi dub.* 5. n. 2. Vgolinus, de *conf.* c. 27. *tab.* 1. §. 1. num. 6. qui tamen notat hæc locum non habere, ubi Prælati Regulares jurisdictionem cum territorio haberent.

RESOL. XCIX.

An subditi incurrant excommunicationem latam per statum in Diocesi, si contra illud agant extra Diocesim, vel intra Diocesim, in loco exempto existentes?

Sed major difficultas est, quando censura lata est per sententiam.

Et quid est dicendum, si delictum subditi perpetratur in Diocesi, an, in tali casu possit illum excommunicare, etiam si extra Diocesim commoretur?

Et an pro delicto extra territorium commissio, si ad suam Diocesim redeat, possit Episcopus subditum punire?

Et inferitur, quod non potest Episcopus præcipere Clerico peregrinatio sub pena suspensionis, ne ludat, nec arma prohibita ferat, nec dicat Sacrum, & similia in aliena Diocesi. Ex part. 3. tractat. 5. & Misc. 1. Resol. 74.

§. 1. Respondet negativè, subditi enim non incurrunt excommunicationem latam per statum propriæ diocesis, si contra illud agant extra diocesim, vel intra diocesim, in loco exempto existens; ut hic Panormi est Ecclesia sancti Cataldi. Et ita docet Covarruvias, in *c. Alma*, p. 1. §. 10. n. 12. & alij communiter ex *c. 2. de conf.* in 6. & ex *l. ult. ff. de iurisdict. omnium iudicum*.

2. Sed major difficultas est, quando censura lata est per sententiam; affirmant Suarez, de *conf.* *disp.* 5. *sect.* 5. n. 9. Laym. in *theol. mor. lib.* 1. tr. 5. p. 1. c. 4. n. 7. Vgolinus, de *conf.* *tab.* 1. c. 9. §. 3. num. 4. & alij. Et ratio est, quia sententia statum dirigitur ad territorium, & ideo neminem ligat extra illud; præceptum verò, & sententia immediatè tendit ad personas subiectas, ideo illas ligat quocumque vadant.

3. Verùm mihi contraria sententia probabilis etiam videtur, quam tuerentur Avila de *conf.* p. 2. cap. 3. *disp.* 2. dub. 5. Coninch de *Sacram.* *disp.* 1. 3. dub. 7. *concl.* 6. n. 1. Henriquez, *lib.* 13. c. 26. n. 1. Sayrus, de *conf.* *lib.* 5. cap. 6. n. 40. ex *l. ult. ff. de iurisdict. omnium iudicum*.

4. Dico igitur Episcopum non posse excommunicare etiam per sententiam suum subditum existentem extra suam diocesim, nisi in ea aliqua ratione delinquat, quantumcumque extra eam delinquat, quia Episcopi jurisdictioni non extenditur extra suam diocesim, ex *cap. 2. de conf.* in 6. Hinc contra DD. citatos non potest Episcopus præcipere clerico peregrinatio sub pena suspensionis, ne ludat, ne arma prohibita ferat, ne dicat sacrum, vel ut singulis hebdomadibus sacrificet, &c. nisi forte quatenus ob justam causam possit ei præcipere, ne diocesim egredietur, & tunc quidem non peccaret propriè dicendo sacrum, ludendo, &c. sed egrediendo diocesim. Et hæc doctrina procedit etiam, ut bene observat Coninch *ubi supra* num. 63. quando subditi delinquit in loco exempto, etsi intra diocesim sit. Excipienda tamen sunt ex mente Suarez, de *censuris*, *disp.* 5. *sect.* 4. Sed ego pau-

Sup. hoc in tribus ref. lego & in alio vers. catum prius malum an notationum.

Sup. hoc in ref. leg. §. 1. post med. vers. Vbi af. de cens. tab. 1. c. 9. §. 3. num. 4. & alij. Et ratio est, quia sententia in aliis ejus not.

Sup. hoc inf. in ref. 102. §. Verum in fine, & in ref. 103. §. ult. a lia &

Sup. hoc f. p. in ref. 86. §. tamen sunt ex mente Suarez, de censuris, disp. 5. sect. 4. Sed ego pau-

RESOL. CI.

An Episcopus possit excommunicare subditum existentem in alieno territorio, quando censura est annexa precepto sive generali, sive speciali?
Et an si censura lata sit per modum sententiae sive particularis, sive generalis, liget proprios subditos extra proprium territorium peccantes?
Et quid, si censura sit pro crimine, vel ratione delicti commissi in proprio territorio, & Episcopus, Ex part. 5. tract. 9. Resol. 32.

§. 1. **A**ffirmative respondet Suarez, *disp. 5. de cens. sup. hunc* & censura ei annexa non tam respiciunt territorium seu locum jurisdictionis; sed personam subditam; ergo obligat subditos, & censura ei annexa eos afficit ubique.

2. Verum ex Henriquez & Coninch Hurtados, *de cens. in commun. diff. 8. n. 34.* contrarium docet quia jurisdictionis Episcopi non extenditur ultra summa territorium, ut satis significat Pontifex in d. cap. 2. dum reddens rationem, ob quam qui extra territorium Episcopi furantur, non ligentur statuto Episcopi excommunicantis fures; ait, quia extra territorium jus dicenti non pareat impune; ubi per *jus dicere* non intelligit ferre statutum, seu legem, quia ferre idem esset, non potest ferre statutum, quia non potest illud ferre, sed idem est ac vti jurisdictione, ac proinde Episcopus tantum habet jurisdictionem in personis ratione territorii, quando in eo habent domicilium, aut quasi domicilium. Vnde vtramque sententiam probabilem esse existimo cum Prapoli. in 3. part. q. 1. de cens. in commun. dub. 5. n. 31. vide etiam Avilam part. 2. c. 3. *disp. 2. dub. 2. concl. 1.* & me ipsum in 3. part. tr. 5. res. 21 & tr. 6. res. 78.

3. Notandum est tamen hic primo, si censura lata sit per modum sententiae sive particularis, sive generalis, ligat proprios subditos, etiam extra proprium territorium peccantes, probatur quia censura lata per modum sententiae pro futuris culpis abstrahit à territorio, & solum respicit ipsas subditorum personas, ergo ubicumque existant, eas ligat: nec obstat diversitas territorii, cum ut hæc censura incuratur, nulla exterior vis necessaria sit, ut dictum est. Vnde si non propter bonum territorii directe, sed propter bonum morum ipsius subditi, vel aliarum personarum Episcopus præcipiat sub censura alicui particulari subdito, aut omnibus generaliter ut jejunent, v. g. sexta feria, aut ab exercitio alicuius operis abstinant, revera censura incurrit, quamvis extra territorium delinquant & in hoc differunt censura lata à jure & ab homine: secus autem dicendum est si excommunicatio feratur pro culpa jam commissâ, nam doctrina superius adducta intelligitur de censura lata pro culpis futuris evitandis.

4. Nota secundo, posse Episcopum ferre censuram in subditum existentem in alieno territorio pro crimine, quod in proprio territorio commisit, Ita Sonus *de cens. loco citato*, & omnes communiter. Probatur tum ex usu, tum etiam, quia alias Ecclesiastica Episcoporum potestas facile contemneretur, & esset in cuiusvis potestate se ab eorum jurisdictione eximere, quantum ad delictorum punitionem, & se immediate subicere soli Papæ, quod probatur, quia ille, qui Salmantice furtum commisit, & statim ad Pinciam confugit, non potest excommunicari ab Episcopo Pincie, cuius subditus non est, nec ab Episcopo Salmantice ubi peccavit, quia jam extra territorium ejus est, ergo nullibi potest pro tali delicto puniri Ecclesiastica censura, nisi tantum à solo Papæ.

§. Nota

io post ini-
dum, & in
ref. 97. per
toram, &
signanter,
§. 1. ad me-
dum, &
dyb. 6. num. 68.

§. 1. Notandum est tamen, quod omnia supradicta procedunt quando delictum subditi perpetratur extra diocesim; secus autem si illud commiserit in diocesi, nam in tali casu potest Episcopus illum excommunicare, etiam si extra diocesim commoretur. Non reticeam tamen, attende Lector, contrariam sententiam docere Basilium Pontium, *de matr. lib. 5. c. 7. §. 2. num. 20.* ubi sic ait: Ex eodem principio colligo contra nonnullos, Episcopum non posse sententiam excommunicationis ferre contra subditum suum, existentem tamen in alio territorio: id quod etiam docuit Gabriel in 4. *diff. 18. quest. 2. concl. 2.* Ita Pontius, qui tamen putat pro delicto extra territorium commissio, si ad suam diocesim redeat posse Episcopum subditum punire.

RESOL. C.

An delinquentes extra territorium possint ligari lege, & statuto?

Et quæ differentia inveniat inter excommunicationem latam per sententiam, & per modum statuti?

Et an quis contrahat censuram homicidio, & stupro impositam, si existens in suo territorio occideret existentem in alieno, vel si decepti in territorio virginem, & extraxit à territorio, & in alieno violavit, Ex part. 3. tract. 6. & Misc. 2. Resol. 78.

§. 1. **N**egativam sententiam alibi docui, & communiter docent Doctores *ex c. ut animarum, de cens. in 6.* verum in gratiam curiosorum non desinam hic apponere sententiam affirmativam Ferdinandi de Castro Palao, in opere *moralis tom. 1. tract. 3. disp. 1. punct. 24 §. 5. n. 21.* ubi ex pluribus rationibus probat esse satis probabile, posse ligari lege, & statuto delinquentes in alieno territorio, atque adeo posse sub excommunicatione ipso facto incurrenda, prohiberi subditis, ubicumque existant, furtum, homicidium, adulterium, & quamlibet aliam actionem prohibitionem dignam lege illum, & non pigebit: vide etiam Salas, *de legibus, disp. 14. sect. 7. n. 90.* & Basilium Pontium, *de matr. lib. 5. c. 7. §. 2. n. 19.* ubi asserit se nullam differentiam invenire in excommunicatione lata per sententiam, vel per modum statuti, sed delinquentes extra territorium per sententiam, & generale præceptum subduntur, verbi gratia, excommunicationibus, ut tradit Suarez, in 3. part. tom. 5. *disp. 5. sect. 5.* Bonacina, *de cens. disp. 1. q. 1. punct. 11. num. 11.* & alij, communiter. Ergo subduntur etiam per legem, & statutum, cæteras rationes videbis apud Castum, *loco citato*.

2. Notandum est tamen hic obiter, te non contrahere censuram homicidio, & stupro impositam, si existens in tuo territorio, occideres existentem in alieno, vel si decepti in territorio virginem & extraxisti à territorio & in alieno violasti, quia censura non est imposita ob inchoationem delicti, sed ob ejus consummationem, at consummatio est extra territorium; ergo, &c. Et ita contra Vgolinum, *de cens. tab. 1. cap. 9. §. 3. in fine*, docet Suarez, *de cens. tom. 5. disputat. 5. sect. 4. num. 8. & 9.* & de legibus, lib. 3. cap. 32. num. 5. & 6. Salas *de legibus disput. 14. sect. 5. num. 71.* & alij.

Sup. hoc in
Ref. præte-
rita §. Sed
& in ref. seq.
§. Notandū
est & in ref.
1. post seq.
§. 1. ad me-
dum.

Sup. hoc in
in ref. 102.
§. Sed obi-
ter & late in
ref. 103.